14546

Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus rece
dendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premysliensi
quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generali
ter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo pa
lam libere publice ac per exp[re]ssum recognovit. Quia ipse Illustrem
et Magnificum Vladislaum Dominicum Ducem in Ostrog et Za
slaw Comitem in Tarnow Palatinum Cracoviensem Luceoriensem Capitaneum
et Capitaneum eiq[ue] Successores de Summa Mille florenorum
num polon[icalium] Privilegio Sacrae Regiae M[aiesta]tis Approbatione sibi
Recognoscenti assecurati et quotannis de proventibus Universis
ad Capitaneatum Premysliensem spectantibus reddi iniuncta pro An
no vero proxime Praeterito Domini Millesimo Sexcentesimo Quin
quagesimo Tertio sibi Recognoscenti provenientia tenta per manus
Generosi Alexandri Kolowski Administratoris bonorum praefatorum
realiter persoluta et per se Recognoscentem levata quietat et libe
rum pronunciat perpetuo sibi Recognoscenti suisq[ue] Successoribus ratio
ne pensionis perpetuum imponendo silentium.

Actum in Castro Premysliensi
Sabbatho in Crastino Festi San
5/XII 1654 ctae Barbarae Virginis Anno
Domini Millesimo Sexcente
simo Quinquagesimo Quarto.

Morska per Mięcicki Quietatur

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Ca
pitanealibus Premysliensibus Nobilis Andreas Mięcicki Sanus mente

et corpore

et corpore existens a suis Ordinariis Iudicibus Iurisdictioni-
busqꝫ suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo Praesenti
vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum
hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis ijsqꝫ omnibus totaliter
et plenarie incorporando atqꝫ subijciendo palam libere publice
ac per expressum recognouit. Quia ipse Dnam Zophiam de
Styrzow olim Dni Martini de Morsko Morski Consortem
de Causa et Actione per se Rgtem ratione extraditionis Nobi-
lis Reginae Radkowska Virginis sui Rgtis affinis sive ipsi
acri carcerationis ad Iudicium Tribun. Regni Petricouien. in-
stitutam quietat emittit, liberamqꝫ et absolutam facit et pronun-
ciat perpetuo. processus quoscunque et Decreta ea in Causa
prolata tollit cassat et annihilat, sibi et suis posteris ratione
praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium. Nihilominus
id Recognoscens se ac suos Successores suaqꝫ omnibus genera-
liter bona sua inscribit et obligat ipsam Dnam Morska
eiusqꝫ successores ab omni et quauis impetitione Iuridica
sive extraiuridica respectu eiusdem Nobilis Reginae Radko-
wska in quouis Iudicio et Officio Regni quarumcunqꝫ perso-
narum Status et conditionis exorien. tueri defendere quiete-
re intercedere et eliberare Idqꝫ sub Damnis Terrestribus sim-
pliciter absqꝫ corporali Iuramento taxandis et edicandis et per
eundem Nobilem Andream Miskicki Rgtem sive eius Suc-
cessores praefatae Dnae Zophiae Morska sive illius posteris
ob contraventionem praesenti suae submissioni tam in toto quam
in parte toties quoties opus fuerit ad soluend. succumbend. Pro
quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absqꝫ Iuramento
corporali taxandis ac re aliqua principali ex praemissis non comple-
ta complend. Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis
Andreas Miskicki sive eius Successores Ad instantiam me-
moratae Generosae Zophiae Morska sive ipsi posteriorum
ad Officium

14710

ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense exhunc re cognito supradicto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare suumque parere Respondere Damna praefata Terrae lucre Inscriptioni huic Satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac suos Successores ad eadem omnia Inscribit et obligat. Illum Termi num primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Cau sae eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate Maiori Minorennitate Successionum legatione intra vel extra Re gnum Servitio Militari ad Munimenta ad Evictorem Vitalys qui busvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem Ultra praefatos terminos Officij praefati Castren Premysliensis Dilationem sibi non serviscando Nullasque Motiones Appellationes easumque prosequiones faciendo ac praemissa omnia Iuris Simplicibus vel Typlicatis Evasionibus Suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Convocationeque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo Stat sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

M. Capitaneus loci præsentis Ducem in Ostrog Quietat.

Coram Generoso Stanislao Rogulski in locum Illmi Martini Madalinski Capitanei loci praesentis ad Actum praesentem subdelegato in se Bonaque libere conassumente Officioque et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensis comparens personaliter is idem Illmus Capitaneus loci praesentis sanus mente et corpore existens a Terrestribus Districtibus dominibus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premysliensi quoad Actum hunc attinet

Se cum